

XCII. Contractus *Mutui* ante et post inventum nummum obtinere potuit: in eo dominium rei creditæ in debitorem transit, a quo sibi *usuras* stipulari creditor non prohibetur.

XCIII. In maioris securitatis subsidium contractui adiici non raro solet cautio, ad quam *Fideiussionem*, *Pignus*, *Hypothecam* et *Juramentum* referimus.

XCIV. Adversus eum, qui *to* Suum alterius temere invadit, læso *ius violentæ defensionis* competit, cui *in abstracto* limites nequeunt præfigi.

XCV. Immo permittit Justitia DEI legislatrix, ut ad læsionem gravem evitandam omnia illa media adhibeamus, quæ adgressoris aut violentia aut astutia necessaria fecit, quamvis ex eorum usu malum adgressoribus multo maius proveniat. *

* Obscurum tamen æque ac falsum principium est: *tantumdem universe in adgressorem licere, quantum ad læsionem quamlibet arcendam sufficit ac requiritur.*

XCVI. Hoc tamen non obstante, qui seu cum, seu sine culpa rem alienam in sua potestate